



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Tertiæ Partis Volumen Secundum

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

De recuperatione virtutum per pœnitentiam. Quæstio 89.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38725

De virtutum recuperatione per penitentiam, in sex articulos diuisa.

D Einde considerandum est de recuperatione virtutum per penitentiam.

- ¶ Et circa hoc quæruntur sex.
- ¶ Primo, vtrum per penitentiam restituantur virtutes?
- ¶ Secundo, vtrum restituantur in æquali quantitate?
- ¶ Tertio, vtrum restituantur penitenti æqualis dignitas?
- ¶ Quarto, vtrum opera virtutum, per peccatum sequens mortificentur?
- ¶ Quinto, vtrum opera mortificata per peccatum, per penitentiam reuiuiscant?
- ¶ Sexto, vtrum opera mortua, idest, absque charitate facta, per penitentiam viuificentur?

ARTIC. I.

Vtrum per penitentiam virtutes restituantur? 540

AD primum sic proceditur. Videtur, quòd per penitentiam virtutes non restituantur. Non enim possent virtutes amissæ, per penitentiam restitui, nisi penitentia virtutes causaret. Sed penitentia cum sit virtus, non potest esse causa omnium virtutum, præsertim cum quædam virtutes sint naturaliter priores penitentia, scilicet fides, spes, & charitas, ut supra dictum est*. Ergo per penitentiam non restituantur virtutes.

su. q. 152.
a. 3. ad 3.
¶ 4. d.
14. q. 2. a.
2.
q. 8. a. 6.

¶ 2 Præterea, Penitentia in quibusdam actibus penitentis consistit. Sed virtutes gratuita non causantur ex actibus nostris: dicit enim August.* in lib. de libero arbit. quòd virtutes Deus in nobis sine nobis operatur. Ergo videtur, quòd per penitentiam non restituantur virtutes.

ex li. 2. c.
18. 10. 1.

¶ 3 Præterea, Habens virtutem, sine difficultate & delectabiliter a deo virtutum operatur: vnde Philosoph. dicit in 1. ethic.* quòd non est iustus, qui nõ gaudet iusta operatione. Sed multi penitentes adhuc

cap. 8. a.
medio.

Tertia Par. Vol. ij. M m dif-

difficultatem patiuntur in operando actus virtutum.
Non ergo per penitentiam restituntur virtutes.

SED contra est, quod Luc. 15. legitur, Pater mandavit quod filius penitens indueretur stola prima.

libr. 8. in Quæ secundum Ambros. * est amictus sapientiæ:
Lu. 11. de quam simul consequuntur omnes virtutes, secundum
duob. fil. illud Sap. 8. Sobrietatem & iustitiam docet, prudentiam
et c. post et virtutem, quibus vilius nihil est in vita
ma. ti. su hominibus. Ergo per penitentiam omnes virtutes
per eum restituntur.

locum, to. RESPONDEO dicendum, quod per penitentiam
5. remittuntur peccata, ut dictum est *. Remissio autem
q. 86. a. 1. peccatorum non potest esse nisi per infusionem gratiæ. Unde relinquitur quod per penitentiam, homini gratia infundatur. Ex gratia autem consequuntur omnes virtutes gratiæ, sicut ex essentia animæ fluunt omnes potentia animæ, ut in secunda parte habitum est *. Unde relinquitur quod per penitentiam omnes virtutes restituntur.

1. 2. qu. Ad primum ergo dicendum, quod eodem modo
110. a. 1. penitentia restituit virtutes, per quem modum est
ad 1. causa gratiæ, ut iam dictum est *. Est autem causa gratiæ in quantum est sacramentum; nam in quantum est virtus, est magis gratiæ effectus. Et ideo non oportet quod penitentia, secundum quod est virtus, sit causa omnium aliarum virtutum: sed quod habitus penitentia, simul cum habitibus aliarum virtutum, per sacramentum penitentia causentur.

ex cor. ar Ad secundum dicendum, quod in sacramento penitentia actus humani se habent materialiter: sed
816. formalis vis huius sacramenti dependet ex virtute clauium. Et ideo virtus clauium effectiue causat gratiam & virtutes, instrumentaliter tamen. Sed actus primus penitentis, se habet, ut ultima dispositio ad gratiam consequendam, scilicet contritio: alij vero sequentes actus penitentia, procedunt iam ex gratia & virtutibus.

Ad tertium dicendum, quod (sicut supra dictum est)

est *) quandoque post primum actum penitentiæ, qui est contritio, remanent quædam reliquiæ peccatorum, scilicet dispositiones ex prioribus actibus peccatorum causatæ, ex quibus præstatur difficultas quædam penitenti ad operandum opera virtutum. Sed quantum est ex ipsa inclinatione charitatis, & aliarum virtutum, penitens opera virtutum delectabiliter & sine difficultate operatur: sicut si virtuosus, per accidens difficultatem pateretur in executione actus virtutis propter somnum, aut aliquam corporis indispositionem.

ARTIC. II.

Utrum post penitentiam resurgat homo in æquali virtute?

541

AD secundum sic proceditur. Videtur, quod post penitentiam resurgat homo in æquali virtute. Dicit enim Apostolus ad Rom. 8. Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Vbi dicit gloss. * August. quod hoc aded verum est, ut si qui horum devient & exorbitent, etiam hoc ipsum eis Deus faciat in bonum proficere. Sed hoc non esset, si homo resurgeret in minori virtute. Ergo videtur, quod penitens nunquam resurgat in minori virtute.

*inf. ar. 5. ad 3. 3. dif. 31. q. 1. a. 4. * in li. de corre. grat. c. 9. post med. 10. 7.*

¶ 2 Præterea, Ambros. dicit, quod penitentia res optima est, quæ omnes defectus reuocat ad perfectum. Sed hoc non esset, nisi virtutes in æquali quantitate recuperarentur. Ergo per penitentiam semper recuperatur æqualis virtus.

hoc habes Aug. 3. hypogn. 2 me. illius 10. 7.

¶ 3 Præterea, Super illud Genes. 1. Factum est vespere & mane dies vnus, dicit gloss. * Vespertina lux est, à qua quis cecidit: matutina, in qua resurgit. Sed lux matutina est maior quam vespertina. Ergo aliquis resurgit in maiori gratia vel charitate, quam prius habuerit. Quod etiam videtur per id quod Apostolus dixit Rom. 5. Vbi abundavit delictum, superabundavit & gratia.

ex Beda sup. Gen. c. 1. colligitur.

SED contra, Charitas proficiens vel perfecta, est maior quam charitas incipiens. Sed quandoque

M m a ali-

aliquis cadit à charitate proficiente, resurgit autem in charitate incipiente. Ergo semper resurgit homo in minori virtute.

*ar. præc.
ad 3.*

*q. 113. a.
5 et 7. in
1. 2.*

*1. 2. q. 52.
ar. 1. et 2
q. 66.
art. 1.*

RESPONDEO dicendum, quòd (sicut dictum est *) motus liberi arbitrij, qui est in iustificatione impij, est vltima dispositio ad gratiã. Vnde in eodem instanti est gratiã infusio, cum predicto motu liberi arbitrij, vt in 2. parte habitum est *. In quo quidem motu comprehenditur actus penitentiã, vt supra dictum est. Manifestũ est autem, quòd formã quã possunt recipere magis & minus, intenduntur & remittuntur secundum diuersam dispositionem subiecti, vt in 2. parte habitum est *. Et inde est, quòd secundum quòd motus liberi arbitrij in penitentiã est intensior vel remissior, secundum hoc penitens consequitur maiorem vel minorem gratiam. Contingit autem intensiorem motus penitentiã quandoque proportionatam esse maiori gratiã, quã illa, à qua ceciderat per peccatum, quandoque autem æquali, quandoque verò minori. Et idẽ penitens quandoque resurgit in maiori gratiã, quã prius habuerat, quãdoque autem in æquali, quandoque etiam in minori. Et eadem ratio est de virtutibus, quã ex gratiã consequuntur.

Ad primum ergo dicendum, quòd non omnibus diligentibus Deum cooperatur in bonum hoc ipsum quòd per peccatum à Dei amore cadunt: quòd patet in his qui cadunt, & nunquam resurgunt, vel qui resurgunt, iterum casuri. Sed his tantum, qui secundum propositum vocati sunt sancti, idest, predestinati, qui quotiescumque cadunt, finaliter tamen resurgunt. Cedit ergo eis in bonum hoc, quòd cadunt: non quia semper in maiori gratiã resurgant, sed quia resurgunt in permanentiori gratiã. Non quidem ex parte ipsius gratiã (quia quanto gratiã est maior, tanto de se est permanentior), sed ex parte hominis, qui tanto stabilius in gratiã permanet, quanto est cautiõ & humilior. Vnde & glos. * ibidem subdit, quòd

*Aug. loco citato
in arg.*

quòd ideò proficit eis in bonum, quòd cadunt, quia humiliores redeunt atque doctiores.

Ad secundum dicendum, quòd penitentià quantū est de se, habet virtutem reparandi omnes defectus ad perfectum, & etiã promouendi in vltiorem statum. Sed hoc quandoque impeditur ex parte hominis, qui remissius mouetur in Deum, & in detestationem peccati: sicut etiã in baptismo aliqui adulti consequuntur maiorem vel minorem gratiam, secundum quòd diuersimodè se disponunt.

Ad tertium dicendum, quòd assimilatio illa vtriusque gratiæ ad lucem vespertinam & matutinam, fit propter similitudinem ordinis: quia post lucem vespertinam sequuntur tenebræ noctis, post lucem autem matutinã sequitur lux diei: non autè propter similitudinem maioris vel minoris quantitatis. Illud etiã verbum Apostoli intelligitur de gratia Christi, quæ superat omnem abundantiam humanorum peccatorum. Non autem est verū in omnibus quòd quanto abundantius peccant, tanto abundantiore gratiam consequantur, pensata quantitate habitualis gratiæ. Est tamen superabundans gratia quantum ad ipsam gratiæ rationem: quia magis gratis beneficiū remissionis magis peccatori confertur. Quãuis quandoque abundanter peccantes abundantius doleant: & sic abundantiore habitum gratiæ & virtutum consequuntur, sicut patet in Magdalena.

Ad id verò quòd in contrarium obijcitur, dicendum, quòd vna & eadem gratia maior est proficiens quàm incipiens. Sed in diuersis hoc non est necesse: vnus enim incipit à maiori gratia, quàm alius habeat in statu profectus, sicut Gregor. * dicit in 2. Dialog. Quatenus & presentes, & secuturi omnes agnoscerent, benedictus puer conuersationis gratiam à quantitate perfectionis cepisset.

c. 1. ante medium.

Virum per pœnitentiam restituatur homo in pristinam dignitatem?

§ 42

3. dist. 31.

q. 1. a. 4.

q. 1. ad 2.

ec. 4 d. 14

q. 1. ar. 5.

q. 1. ad 3

et d. 19.

q. 1. ar. 3.

q. 2. ad 2.

et d. 37.

q. 2. a. 2.

ad 4.

* gl. or. ib.

† Dec. d.

50. i. qui-

cumque.

* ep. 6. ad

Agap et

Mace. ha-

betur d.

50. cap.

Canones

apud.

† c. 9 qui

altario.

* li. 7. sui

Regist. c.

53. circa

me. refer-

sur d. 50

e quia sã

bitas tua

† refertur

dis. 50. c.

Contuma

688.

AD tertium sic proceditur. Videtur, quod per pœnitentiam non restituatur homo in pristinam dignitatem. Quia super illud Amos 5. Virgo Israel cecidit, dicit gl. * Non negat posse resurgere, sed nõ resurget virgo Israel: quia semel aberrans ouis, etsi reportetur humeris pastoris, non habet tantam gloriam, quantum quæ numquam errauit. Ergo per pœnitentiam non recuperat homo pristinam dignitatem.

¶ 2 Præterea. Hieron. dicit †, Quicumque dignitatem diuini gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare: reueri enim in pristinum gradum difficile est. Et Innocen. Papa dicit *, quod apud Nicæam constituti canones, pœnitentes etiam ab infimis officijs clericorum excludunt. Non ergo per pœnitentiam homo recuperat pristinam dignitatem.

¶ 3 Præterea, Ante peccatum potest aliquis ad maiorem gradum ascendere. Non autem hoc post peccatum cõceditur pœnitenti. Dicitur enim Ezech. 44. Leuitæ qui recesserunt à me, numquam appropinquabunt mihi, vt sacerdotio fungantur. Et sicut habetur in Decr. dist. 50. in Hilderdensi concilio c. 5. legitur †, Hi qui sancto altari deseruiunt, si subito in stenda carnis fragilitate corruerint, & Domino respiciente dignè pœnituerint, officiorum suorum sic loca recipiant, vt non possint ad altiora officia ulterius promoueri. Non ergo pœnitentia restituit hominem in pristinam dignitatem.

SED contra est, quod sicut in eadem dist. legitur, Greg. * scribens Secundino dicit, Post dignam satisfactionem credimus hominem posse redire ad suum honorem. Et in concilio Agathensi † c. 2 legitur, Cõtumaces clerici, prout dignitatis ordo permiserit, ab episcopis corrigantur: ita vt cum eos pœnitentia correxerit, gradum suum dignitatemque recipiant.

R. E.

RESPONDEO dicendum, quod homo per peccatum duplicem dignitatem amittit: unam quantum ad Deum: aliam verò quantum ad ecclesiam. Quantum autem ad Deum amittit duplicem dignitatem: unam principalem, qua scilicet computatus erat inter filios Dei per gratiam. Et hanc dignitatem recuperat per penitentiam: quod significatur Luc. 15. in filio prodigo, cui penitenti pater iussit restitui stolam primam, & anulum, & calciamenta. Aliam verò dignitatem amittit secundariam, scilicet innocentiam: de qua (sicut ibidem legitur) gloriabatur filius senior dicens, Ecce tot annis seruo tibi, & nunquam mandatum tuum prateriui. Et hanc dignitatem penitens recuperare non potest. Recuperat tamen quandoque aliquid maius: quia, ut Gregor. dicit * in Homil. de centum ouibus, Qui errasse à Deo se considerant, damna precedentia lucris sequentibus recompensant. Maius ergo gaudium de eis fit in celo: quia & dux in pralio plus cum militem diligit qui post fugam reuersus hostem fortiter premit, quam illum qui nunquam terga præbuit, & nunquam aliquid fortiter fecit. Dignitatem autem ecclesiasticam homo per peccatum perdit: quia indignum se reddit ad ea, quæ competunt dignitati ecclesiasticæ exercenda: quam quidem recuperare prohibetur. Vno modo, quia non penitet. vnde Isidor. ad * Massianum episcopum scribit, (sicut in eadem distinct. † legitur cap. Domino.) Illos ad pristinos gradus redire canones præcipiunt, quos penitentia præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. At contra hi, qui neque à vitio corruptionis emendantur, nec gradum honoris, nec gratiam recipiunt communionis. Secundo, quia penitentiam negligenter facit. Vnde in eadem dist. * cap. si quis diaconus, dicitur, Cùm in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi appareat, nec ieiunijs, vel lectionibus eos vacare videamus: possumus agnoscere si ad pristinos honores

* ho 34. 7
euang. in
illud, gau
diu est in
celo sup
vno.

* al Mas
sanum.
† in Dec.
dist. 30 c.
Domino
sancti, pa
ræ a præ.
* in Dec.
dist 30 c.
si qs dia
conus, cit.
med.

nones redirent, cum quanta negligentia permanerent. Tertio, si commisit aliquod peccatum quod habet irregularitatem annexam. Unde in eadem distinct. † ex concilio Martini Papæ dicitur, Si quis viduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clericum: quod si irreperit, deiciatur. Similiter si homicidij, aut facti, aut præcepto, aut confilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit. Sed hoc non est ratione peccati, sed ratione irregularitatis. Quarto propter scandalum: unde & in eadem distinct. legitur, cap. de his vero Rabanus * dicit, Hi qui depreheni vel capti fuerint publice in periurio, furto, atque fornicatione, & cæteris huiusmodi criminibus, secundum canonum sacrorum instituta à proprio gradu decident: quia scandalum est populo Dei, tales personas supra se positas habere. Qui autem de prædictis peccatis absconse à se commisisis, occultè sacerdoti confitentur, si se periciunia & elemosynas, vigiliisque & sacras orationes purgare curauerint, his etiam gradu proprio seruato spes veniæ de misericordia Dei promittenda est. Et hoc est quod dicitur extra de qualit. ordinand. * cap. quæsitum, Si proposita crimina ordine iudiciario cõprobata, vel aliàs notoria non fuerint (præter reos homicidij), post pœnitentiam in iam susceptis, vel suscipiendis ordinibus, impediri non possunt.

Ad primum ergo dicendum, quod eadem ratio est de recuperatione virginitatis, & de recuperatione innocentie, quæ pertinet ad secundariam dignitatem quo ad Deum.

Ad secundum dicendum, quod Hier. * in verbis illis non dicit esse impossibile, sed esse difficile hominam recuperare post peccatum pristinum gradum: quia hoc non conceditur nisi perfectè pœnitenti, ut dictum est †. Ad statuta autem canonum, quæ hoc prohibere videntur, responderet * Aug. Bonifacio scribens, Ut cõstitueretur in Ecclesia, ne quisquã post aliquis criminis pœnitentiã, clericatũ accipiat, vel ad cle-

d. 50. c. 5.
quis viduam.

Raban. in
l. pæn. c. 1.
Refertur
d. 50. c. de
his verò.

in dec. li.
1. tit. 11.
Et est de
temp. or-
din. c. 17.
Et est ul-
timum.
* loco cit.
in arg.

In cor. a.
Aug. in
ep. 50. ad
Bonif. ali-
quantulũ
ante fin.
epi. 10. 2.
in dec. d.
50. c. 26.

clericatū redeat, vel in clericatu maneat, nō desperatione indulgētię, sed rigore factū est disciplinā: alioquin cōtra clauēs Ecclesię datas disputabitur: de quibus dictū est, Quęcumque solueritis super terram, soluta erunt & in cōlo. Et postea subdit *, Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis egit penitentiam, & tamen in honore suo perstitit: & beatum Petrum quando amarissimas lachrymas fudit, utique Dominum negasse penituit, & tamen Apostolus permansit. Sed non idē putanda est superuacua posteriorum doctorum diligentia: qui vbi salu i nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt: exverti, ut credo, aliquorum fidas penitentias per affectatas honorum potentias *.

Ad tertium dicendum, quod illud statutum intelligitur de illis qui publicam penitentiam agunt, qui postmodum non possunt ad maiorem prouehi gradum. Nam & Petrus post negationem, pastor ouium Christi constitutus est: ut patet Ioann. vlt. Vbi etiam Chrysostomus dicit *, quod Petrus post negationem & penitentiam, ostendit se habere maiorem fiduciam ad Christū. Qui enim in cęna non audebat ininterrogare, sed Ioanni interrogationē commisit, huic postea & prępositura fratrum credita est: & non solum non committit alteri interrogare quę ad ipsum pertinent, sed de reliquo ipse pro Ioanne Magistrum interrogat.

ARTIC. IV.

Utrum opera virtutum in charitate facta possint mortificari?

AD quartum sic proceditur. Videtur, quod opera virtutum in charitate facta, mortificari nō possint. Quod enim nō est, immutari non potest. Sed mortificatio est quędam mutatio de vita in mortem. Cū ergo opera virtutum postquam facta sunt, iam non sint, videtur quod ulterius mortificari non possint.

¶ 2. Pręterea, Per opera virtutum in charitate facta, homo meretur vitam æternā. Sed subtrahere mercedem merenti, est iniustitia, quę non cadit in Deū.

Ergo

Ibidem.

Et hęc in Decr. di. 5. c. 24

Ho. 87. 2. Ioh. parū ante me. to. 3.

543 2. 2. q. 132 a. 3. ad 1. q. 3. dis. 36. ar. 5.

ad 1. q. 4. d. 14. q. 2. a. 3. q. 2. q. d. 21 q. 1. ar. 1. q. 1. ad 3. q. di. 22. q. 1. ar. 1. ad 6. q. Hebr. 6. co. 1. fi.

Ergo non potest esse, quòd opera virtutum in charitate facta, per peccatum sequens mortificentur.

¶ 3 Præterea, Fortius non corrumpitur à debiliore. Sed opera charitatis sunt fortiora quibuslibet peccatis: quia ut dicitur Proverb. 10. Vniuersa delicta operit charitas. Ergo videtur quòd opera in charitate facta, per sequens mortale peccatum mortificari non possint.

SED contra est, quòd dicitur Ezech. 18. Si auerterit se iustus à iustitia sua, omnes iustitiæ eius quas fecerat, non recordabuntur.

RESPONDEO dicendum, quòd res viua per mortem perdit operationem vitæ. Vnde per quamdam similitudinem dicuntur res mortificari, quando impediuntur à suo proprio effectu vel operatione. Effectus autem operum virtuosorum, quæ in charitate fiunt, est perducere ad vitam æternam. Quòd quidem impeditur per peccatum mortale sequens, quòd gratiam tollit. Et secundum hoc opera in charitate facta, mortificari dicuntur per sequens peccatum mortale.

Ad primum ergo dicendum, quòd sicut opera peccatorum transeunt actu, & manent reatu: ita opera in charitate facta, postquam transeunt actu, manent merito in Dei acceptatione. Et secundum hoc mortificantur; in quantum impeditur homo, ne consequatur suam mercedem.

Ad secundum dicendum, quòd sine iniustitia potest merces subtrahi merenti, quando ipse reddidit se indignum mercede per culpam sequentem. Nam & ea quæ homo iam accepit, quandoque iuste propter culpam perdit.

Ad tertium dicendum, quòd non est propter fortitudinem operum peccati, quòd mortificantur opera prius in charitate facta: sed est propter libertatem voluntatis, quæ potest à bono in malum deflecti.

Utrum opera mortificata per peccatum, per penitentiam reuiuif. ant?

544

AD quintum sic proceditur. Videtur, quod opera mortificata per peccatum, per penitentiam non reuiuif. Si enim per penitentiam subsequenti remittuntur peccata praterita, ita etiam per peccatum sequens mortificantur opera prius in charitate facta. Sed peccata dimissa per penitentiam non redeunt, ut supra dictum est*. Ergo videtur, quod etiam opera mortificata, per charitatem non reuiuif. ant.

4. dif. 14.
q. 2. ar. 3.
q. 2. ar. d.
22 q. 1. a.
1. ad 6. et
Hebr. 6.
lec. 1. col.
2. et lec.
2. co. 2.
* q. praec.
ar. 1.
art praec.

¶ 2 Præterea, Opera dicuntur mortificari, ad similitudinē animalium, quæ moriuntur: ut dictum est †. Sed animal mortuum non potest iterum uiuificari. Ergo nec opera mortificata possunt iterum per penitentiam reuiuif. ant.

¶ 3 Præterea, Opera in charitate facta, merentur gloriam secundum quantitatem gratiæ, vel charitatis. Sed quandoque per penitentiam homo resurgit in minori gratia, vel charitate. Ergo non consequitur gloriam secundum meritum priorum operum. Et ita videtur, quod opera per peccatum mortificata, non reuiuif. ant.

SED contra est, quod super illud Ioel. 2. Reddam vobis annos, quos comedit locustæ; dicit * glo. Non patiar perire vbertatem, quam cum perturbatione animi amisistis. Sed illa vbertas est meritum bonorum operum, quod fuit perditum per peccatum. Ergo per penitentiam reuiuif. ant. opera meritoria prius facta.

gl. interl.
ibi.

RESPONDEO dicendum, quod quidam dixerant, quod opera meritoria per peccatum sequens mortificata, non reuiuif. ant. per penitentiam subsequentem, considerantes quod opera illa non remaneant, ut iterum uiuificari possint. Sed hoc impedire non potest, quin uiuificentur. Non enim habent vim perdendi in vitam æternam (quod pertinet ad eorum vitam) solum secundum quod actu existunt, sed etiam postquam actu esse desinunt, secundum quod

rema-

remanent in acceptatione diuina . Sic autem remanent quantum est de se , etiam postquam per peccatum mortificantur: quia semper Deus illa opera, prout facta fuerunt , acceptabit , & sancti de eis gaudebunt: secundum illud Apocal. 2. Tene quod habes, ne alius accipiat coronam tuam. Sed quod isti, qui ea fecerunt, non sint efficacia ad ducendum in vitam æternam, prouenit ex impedimento peccati superuenientis, per quod ipse redditus est indignus vita æterna . Hoc autem impedimentum tollitur per pœnitentiã , in quantum per eam remittuntur peccata . Vnde restat, quod opera prius mortificata, per pœnitentiã recuperant efficaciam perducendi eum, qui fecit ea, in vitam æternam: quod est ea reuiuiscere. Et ita patet quod opera mortificata , per pœnitentiã reuiuiscunt .

Ad primum ergo dicendum , quod opera peccati, per pœnitentiã abolentur secundum se: ita scilicet quod ex eis ulterius Deo indulgente, nec macula, nec reatus inducatur. Sed opera in charitate facta non abolentur à Deo , in cuius acceptatione remanent: sed impedimentum accipiunt ex parte hominis operantis. Et idè remoto impedimento, quod est ex parte hominis operantis , Deus implet ex parte sua illud quod opera merebantur.

Ad secundum dicendum , quod opera in charitate facta non mortificantur secundum se (sicut dicitur in 1^a co. 4^{ta}. Etum est *) sed solum per impedimentum superueniens ex parte operantis . Animalia autem moriuntur secundum se, in quantum priuantur principio uitæ. Et idè non est simile.

Ad tertium dicendum , quod ille qui per pœnitentiã resurgit in minori charitate , consequetur quidem præmium essentiãle secundum quantitatem charitatis, in qua inuenitur. Habebit tamen gaudium maius de operibus in prima charitate factis , quàm de operibus, quæ in secunda fecit: quod pertinet ad præmium accidentale .

*Vtrum per pœnitentiam subsequenter, etiam opera
mortua viuificentur?*

545

AD sextum sic proceditur. Videtur, quòd per pœ-
nitentiam subsequenter etiam opera mortua
(quæ scilicet non sunt in charitate facta) viuificen-
tur. Difficilius enim videtur, quòd ad vitam peruen-
iat illud quod fuit mortificatum (quod numquam
fit secundum naturam) quàm illud quod numquam
fuit viuum, viuificetur: quia ex non viuus, secundum
naturam aliqua viua generantur. Sed opera mortifi-
cata, per pœnitentiam viuificantur: vt dictum est *.
Ergo multo magis opera mortua viuificantur.

4. d. 14. q.
2. a. 3. q. 1
Et di. 15.
q. 1. ar. 3.
q. 4. & 5.

ar. pœnit.

¶ 2 Præterea, Remota causa remouetur effectus.
Sed causa quare opera de genere bonorum sine cha-
ritate facta, nõ fuerunt viua, fuit defectus charitatis &
gratiæ. Sed iste defectus tollitur per pœnitentiam.
Ergo per pœnitentiam opera mortua viuificantur.

¶ 3 Præterea, Hieron. * dicit, Si quando videris
inter multa mala opera facere peccatorem quem-
quam, aliqua quæ iusta sunt, non est tã iniustus Deus,
vt propter multa mala obliuiscatur paucorum bono-
rum. Sed hoc maxime videtur quando mala præteri-
ta per pœnitentiam tolluntur. Ergo videtur, quòd post
pœnitentiam Deus remuneret priora bona opera in
statu peccati facta: quod est ea viuificari.

in illud
Aggei 1.
Semina-
tis mul-
tum, to. 6.

SED contra est, quod Apost. dicit primæ Corint.
13. Si distribuero in cibos pauperum omnes facul-
tates meas, & si tradidero corpus meum ita vt ar-
deam; charitatem autem non habuero, nihil mihi
prodest. Hoc autem non esset, si saltem per pœniten-
tiam subsequenter viuificentur. Non ergo pœni-
tentia viuificat opera prius mortua.

RESPONDEO dicendum, quòd opus aliquod dici-
tur mortuū dupliciter. Vno modo effectiue: quia sci-
licet est causa mortis. Et secundū hoc opera pecca-
ti dicuntur opera mortua: secundum illud Heb. 9. San-
guis Christi emundabit cõsciencias nostras ab operi-
bus

bus mortuis. Hæc igitur opera mortua non viuifican-
tur per penitentiam, sed magis abolentur, secundum
illud Hebr. 6. Non rursus iacentes fundamentum pe-
nitentiæ ab operibus mortuis. Alio modo dicuntur
opera mortua priuatiuè, scilicet quia carent vita spi-
rituali, quæ est ex charitate, per quam anima Deo
coniungitur, ex quo uiuit sicut corpus per animam.
Et per hunc modum etiã fides, quæ est sine charitate,
dicitur mortua, secundum illud Iac. 2. Fides sine ope-
ribus mortua est. Et per hunc etiã modum omnia
opera, quæ sunt bona ex genere, si sine charitate fiãt,
dicuntur mortua, in quantum scilicet non procedunt
ex principio uitæ: sicut si dicamus sonum ci: haræ
uocem mortuam. Sic igitur differentia mortis, & ui-
tæ in operibus, est secundum comparisonem ad
principium, à quo procedunt. Opera autem non pos-
sunt iterum à principio procedere (quia transeunt)
& iterum eadem numero resumere non possunt. Vnde
impossibile est, quòd opera mortua iterum fiant ui-
ua per penitentiam.

Ad primum ergo dicendum, quòd in rebus natu-
ralibus, tam mortua, quàm mortificata carent prin-
cipio uitæ. Sed opera dicuntur mortificata non ex
parte principij, ex quo processerunt, sed ex parte
impedimenti extrinseci. Mortua autem dicuntur ex
parte principij. Et idè non est similis ratio.

Ad secundum dicendum, quòd opera de genere
honorum sine charitate facta, dicuntur mortua pro-
pter defectũ charitatis & gratiæ, sicut principij. Hoc
autè non præstatur eis per penitentiã sequentem, ut
ex tali principio procedant. Vnde ratio non sequitur.

Ad tertium dicendum, quòd Deus recordatur bo-
norum, quæ quis facit in statu peccati, non ut remu-
neret ea in uita æterna, quæ debetur solis operibus
uiuis, id est, ex charitate factis. Sed remunerat ea tẽ-
porali remuneratione: sicut * Greg. dicit in Homil.
de Diuise & Lazaro, quòd nisi diues ille aliquod bo-
num egisset, & in præsentì seculo remunerationem

ho 40 in
euãg cir.
mac. illius

accepisset, nequaquam ei Abraham diceret, Recepti
sti bona in vita tua. Vel etiam hoc potest referri ad
hoc quod parietur tolerabilius iudicium. Unde dicit
Aug.* in li. de patientia, Non possumus dicere, Schiff-
matico melius fuisse, ut Christum negando nihil eo-
rum pateretur, quæ passus est confitendo: sed exilli-
mandum est, tolerabilius ei futurum iudicium, quam
si Christum negando, nihil eorum pateretur, ut illud
quod ait Apof. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam,
charitatē autem non habuero, nihil mihi prodest: in-
telligatur ad regnum celorum obtinendū, non ad ex-
tremi supplicij iudicium tolerabilius subeundum.

ca. 26. in
me. to. 4.

1. Cor. 13.

QVÆST. XC.

De partibus penitentia in generali, in quatuor ar-
tibus de 172.

D E inde considerandū est de partibus penitentia.
¶ Et primo in generali. Secundo in speciali
de singulis.

- ¶ Circa primum quaruntur quatuor.
- ¶ Primo, utrum penitentia habeat partes?
- ¶ Secundo, de numero partium.
- ¶ Tertio, quales partes sint?
- ¶ Quarto, de diuisione eius in partes subiectiuas.

ARTIC. I.

Utrum penitentia debeant partes assignari?

A D primum sic proceditur. Videtur, quod peni-
tentia non debeant partes assignari. Sacramen-
ta enim sunt, in quibus diuina virtus secretius opera-
tur salutem. Sed virtus diuina est vna & simplex.
Non ergo penitentia, cum sit sacramentum, debent
partes assignari.

546
4. di. 16.
9. 1. 2. 1.
9. 2. 9. 4.

¶ 2. Præterea, Penitentia & est virtus, & est sa-
cramentum. Sed ei, in quantum est virtus, non assi-
gnantur partes; cum virtus sit habitus quidam, quæ
est simplex qualitas mentis. Similiter etiam & peni-
tentia, in quantum est sacramentum, non videtur,
quod sint partes assignandæ: quia baptismo & alijs
sacramentis non assignantur partes. Ergo penitentia
nullo